

150



(101-09600) 001 (101-09600)

Hoc volumine continentur

643

Pvleani, de jure jv antiquo judic.

Serta Phaleucia, ejvsd.

Ej. Permistos divi heroas &
Chiron & genus.

Gymnasii Rhetor. carmina

Phil Albert. Epist. de Hebrina peregrin.

Pvleani De Rhetor. & schol. palat. Mechiol.

Ep. ad Fern. Velascium cum historiogra.

Pax = Horrenda etvvio Coxia. 1650.

Celerius, Plvtarchi vita.

Componimenti nel dottorato di Naxenda

Odeſſi, Ingeniorum Monimenta
Vismata, Trionfo di J. Odeſſo,
In Ludovicum Vismarium,
Carmina.

Poetiche compositioni nel do-
ttorato dei chui fratelli Cesarini,
Vila S. Catharinae Senensis.
Carmina graeca in obitum
Barth. Salvii et F. l. Riccio.
Marci Liliæ, De urb. Mediol.

ERYCI PVTEANI
DE
IVREIVRANDO
ANTIQVORVM
IVDICVM
SCHEDIASMA: =8960

In quo de PVTEALI Libonis.

Adnexa sunt

SERTA PHALEVCIA.



MEDIOLANI,
Typis Curialibus, Apud Malatestas.

UVA. BHSC. BU 08960 (01)
CLC. LCC. VI.

EXYCI PATIANI

DE

IVREIVRANO

ANTIOVOM

AVDIOVM

SCHEDIASMA:

In quo de Pytra et Liboris.

Adversus

SEPTA PRAELECTA.



MEDIOLENI

In the Church of St. Andrew Malacca.

ILLVSTRISSIMO V.
D. LAURENTIO

POLO,
QVÆSTORVM

REDDITVVM EXTRAORD.
Ditionis Mediolanensis

PRÆSIDI.



*E Iurejurando An-
tiquorum Iudicum*

SCHEDIASMA,
ante annos aliquot
scriptum atque re-

citatum, moroso nunc satis ad-
fectu sustuli: an dignum vitâ, tu
iudica Illustrissime PRAESES,
cuius in arbitrium ac potestatem
dedo, quasi dignum. Non in-
uitâ planè Themide natum est;
cui, nisi sacro Themidis Mystæ
exponam? nec inuitis Musis;

cui, nisi Musarum velut Phœbo : Sed tu quidem & Myſta ille es, qui magnis Prudentiæ, Doctrinæ, Virtutiſque auſpicijs ad magnæ Deæ ſacra Inſubres ducis : & Phœbus ille, aut ipſe potiùs vrbis ſiue Reipublicæ **P O L V S**, quem reſpiciunt, quicumque in magnâ & publicâ iſtâ nauis : quem mirantur in tanto munere, velut rerum ciuiliſium vndâ tranquillum ; in nube ſerenum, animo, & ſimul vultu. Sic eminere, difficile eſt : & in alto pauci, qui non in motu. Ecce voluuntur, dum voluunt ; aguntur, dum agunt, lucentes illi orbes, illi ignes ; vt, vbicumque imperium eſt, feruitutem ſcias inueniri. Quies igitur mihi & modeſta tranquillitas curæ eſt, & exemplo **Morum**

rum ac Doctrinæ malo, quàm
 imperio eminere; animo, quàm
 gradu. Quid magna, PUTEA-
 NE, ambias (mecum enim lo-
 quar) & magnarum cogitatio-
 num votis æstues? NOSCE
 TE IPSUM: magnus es, Mun-
 dus es. *Nam Physici, ut Ma-
 crobius scribit, Mundum, ma-
 gnum Hominem dixerunt; & Ho-
 minem, breuem Mundum. Scru-
 tare: in Corpore Elementa, in
 Animo Cælum habes. imò scru-
 tare: inuenies quod regas, quòd-
 que corrigas. Pax bellumque in
 nobis sunt. Rident adfectus?
 normâ Rationis comprimendi,
 ne lasciuiant: ringunt? ne tur-
 bent, aut rebellent. Mens ipsa
 adferenda est, ne corpori suc-
 cumbat. Magnum imperium,
 cùm quis sibi Dominus; magna*

seruitus , cùm quis sibi seruus .
Et tamen vt mori mores Mor-
taliū sunt , nemo sibi viuit ,
se æstimat . Ambitionis atque
Auaritię innatus turbo transuer-
sùm omnes rapit in obliuionem
sui . Scilicet plures Alexandros
rideas , qui cùm suos Adfectus
nondum subiugarunt , vanissi-
mo voto in alienos imperium
extendunt . Hinc , vt cum Pli-
nio dicam , *peßum ière vitæ præ-
tia , omnesque à maximo bono Li-
berales dictæ Artes in contrarium
cecidere . ipsa Themis ; quam tu
quidem Illustrissime P R A E S E S
magnis Ingenij Doctrinæque ful-
cris sustines , in solatium vrbis
& æui . Themidis igitur caus-
sâ Schediasma hoc cape ; imò
meâ , quem à Sacris suis The-
mis non arcer . Sed Themidis*

nunc me ama etiam ; quem ,
Musarum , cœpisti . Mediola-
ni , 1 x . Kal . Febr . 1566

ERYCIO PVTEANO
PRIMAM IVRIS
LAVREAM

GVLIELMVS BARCLAYVS

Gratulatur.

Virtutes, PVTEANE, si latentes,
Quas nulli nisi nouerint Amici,
Tuas dixero; dicar esse mendax
A valgo, vario, inuidoque vulgo.
An, si dixero quidquid uniuersi
Mereri, PVTEANE, te fatentur;
Carebit tamen ista dente charta?
Non carebit. Habet suos aperta
Virtus, tunc quoque cum probatur, hostes.
Quid tu, pergone? non tacebo Amicum,
Rumpant ilia, frendeant licebit.
Mathesis tibi vindici, patrono
Debet ipsam animam; tibi reliquis
Ceris barbiton Orpheus supremis;

Tibi tempora Phæbus ipse cinxit,
 Quem cum carmina delicatiora
 Delectant, tua cantat, aut canentem
 Audit te sua; nec pudet Sorores.
 Hæc, cui nomen Inambulationes
 Dederunt, Schola te gregi Sophorum
 *Pridem miscuit. Eugè cur moraris?
 Aut cur non peragis viã hanc honorũ?
 Ascendisti hodie gradum, sed unum:
 Quin & culmina scãdis ipsa? Differs.
 Dicet fortè diem tibi Minerva,
 Dicet dia Themis diem: caueto.
 Nam dum sic trahis hos tuos honores
 Detrahis Themidi, & Mineruæ ho-
 nores.

* Nam
 Coloniae
 Agrippi-
 ne Anno
 1595
 sollemniter Phi-
 lologi &
 Philoso-
 phi titu-
 lo dona-
 tus est.

LEX IVSTINIANÆA,

Codice de Iudicijs.

REM non nouam, neque insolitam
aggredimur; sed Antiquis quidem
Legumlatoribus placitum: cum verò con-
temta sit, non leue detrimentum causis
inferentem. Cui enim non est cognitum,
Antiquos Iudices non aliter Iudiciale
calculum accepisse, nisi prius Sacramen-
tum præstitissent, omnimodò sese cum Ve-
ritate & Legum obseruatione Iudicium
esse disposituros?

ERYCI PVTEANI

DE

IVREIVRANDO

ANTIQVORVM

IVDICVM

SCHEDIASMA.



V O D in reliquâ vitæ
studiorumque ratione
sollemne mihi, in hoc
etiam publico Hono-
ris, vt ita dicam au-
spicio erit : * Λεωφόρε μὴ * Publi-
câ viâ nō
gradi.

Βασιλευ. Prudentis enim, atque adeo
Sapientis est, segregare se à turbâ ;
non quâ itur, sed quâ eundum, gra-
dum transferre. Per viam itur, per
semitam eundum est. *nec vnquam,*
vt ille ait, tam benè cum rebus humanis
actum est, vt optima plurimis placuerint.
Itaque ne morem iam morosum se-
quar, veteremque nauseam nouâ
crambe recolligam, à decantatis Iu-
risprudentiæ encomijs abstinebo. Sa-
tura

DE IVRE IVRANDO

turæ jam delictiores aures hoc fer-
culo, & Scholæ tragemata quædam
poscunt. Dabo: sed Scholæ, & ab
ipso Iuris Ciuilis penu prompta. Tra-
gemata? inquires. omninò. nec e-
nim tam seuera siue austerâ nostra
Themis, vt Philologiæ delictias sper-
nat. Quid mirum? Philologiæ ipsa
mater est. Vt Mare, etsi naturâ suâ
falsum, per terræ spatia benignum
liquoris succum ad fontes mittit, &
à fontibus recipit: sic Iurispruden-
tia, primo gustu amara, ad artes,
& ab artibus reliquis, omnes Musæ-
rum suauitates. Sed auerto ab hac
imagine dictionis seriem; elogia e-
nim sunt. auerto, & subtiliorem
Eruditionis lineam sequor. Illustra-
re enim, non laudare Diuam no-
stram institui: in pulcherrimo Cor-
pore membrum aliquod Criticâ ce-
russâ expolire. Laudare quidem im-
peritus quisque potest: illustrare, ni-
si peritus, non potest. Vestem aut
pallam, velut à Chorago, dare, in
procliui est: colorem & succum, Iu-
reconfulti proprium munus. Hoc
ipsum igitur nunc aggredior, siue
exem-

exempli causâ , quod rarum est ; si-
 ue rei , quæ ipsa rara . Lucem in-
 quam Legi Iustinianæ dabo , libro
 III. tit. I. de Iudicijs . Verba hæc
 sunt : *Rem non nouam , neque insolitam*
aggredimur ; sed Antiquis quidem Le-
gumlatoribus placitam : cum verò con-
tempta sit , non leue detrimentum caus-
sis inferentem . Cui enim non est cogni-
tum , Antiquos Iudices non aliter Iudi-
cialem calculum accepisse , nisi prius Sa-
cramentum præstitissent , omnimodò sese
cum Veritate & Legum obseruatione Iu-
dicium esse disposituros ? Itane cogni-
tum ? illo fortassis æuo : at hodiè
 Antiquos Iudices iurasse , vitio cor-
 rupti æui pænè dubitamus . Ego
 tollam hanc vmbra : breuiterque
 ipsam Iurisjurandi *Formulam , Locum-*
que curiosâ indagine perscrutabor .
 Qui Iuris , Morisque veteris studio-
 si estis , recto purgatoque iudicio pau-
 ca mea verba censete . Iurasse olim
 Romanos Iudices , etsi Iustiniano
 credam , paucorum aliquot Scripto-
 rum punctis signandum est . Appu-
 leij in Apologiâ , Iudices alloquens :
Qui Iurejurando adstricti iudicatis . Ci-
 ceronis

ceronis Actione 1. in Verrem : Hoc factum esse in hac civitate, cum Senatorius ordo iudicaret, ut discoloribus signis IVRATORVM hominum sententia notarentur? In quem locum Asconius: Iuratorum Hominum] Iudicum, qui in Leges, antequam iudicarent, jurare consueverant. Eiusdem Asconij; qui celebratâ reiectione, & sortitione perfectâ iudices in Leges jurasse, ut obstricti religione iudicarent, alibi testatus est. Iudices, sed Romanos: & quo exemplo? an Atheniensium? Apud hos quidem Thesmothetæ sollemni iuramento Magistratum auri-
picabantur. Heraclides Ponticus in

Sunt & no-
uē Archō-
tes, ex quibus
Thesmothetæ,
quæ electi,
mox sol-
lemne iuramētum
prestāt,
iustè se in
magistratu
versatu-
ros, dona non ac-
cepturos,
nec aure-

Politijs : * Εἰσὶ δὲ καὶ ἐννέα Ἀρχόντες ὧν Θε-
σμοδέται, καὶ οἱ δοκιμαζέστες ὀμνύσκει δικαίως
ἄρξαι, καὶ δῶρα μὴ λήψασθαι, ἢ ἀνδριαῖτα χρυ-
σοῦ ἀναδέσσειν. Et Julius Pollux lib.
VIII. cap. VI. * Ἐπιπρώτα δὲ ἡ βελή,
ὀμνυόν δ' οὗτοι πρὸς τῆ βασιλείᾳ σοῦ, ἢ ἔστι τοῦ
λίθου, ἐφ' ᾧ τε σύμφυλάξουσιν τοὺς νόμους, καὶ
μὴ δωροδοκήσουσιν, ἢ χρυσοῦν ἀνδριαῖτα ὑποτίσασιν.

De statuâ aureâ locum Laertij in Pe-
riandro addo, nec tamen explico:

* Ἀλλὰ καὶ Ἐφορος ἰσορεῖ ὡς ἔυζαίτο, εἰ νικήσειεν
Ὀλύμπια τεθρίππων, χρυσοῦ ἀνδριαῖτα ἀναδέσσειναι.

Quid autem Periander? voti compos, sed auri vacuus, ludis popularibus, cum mulieres ornatae procederent, mundum & monilia rapuit, & his velut spolijs donarium misit. Romani igitur exemplo, Atheniensium obstrictos Iudices suos Iurejurando voluere. quod neglectum postea aut spretum, restituendum bono jure Iustinianus censuit, imò restituit. Ego nunc ipsam Iurisjurandi Formulam, Eruditionis; Locum, Nominis mei causa. Scilicet veniendum ad Puteal, & oblitterata prisca ritus memoria in lucem protrahenda. Formula quidem simplex seu varia fuerit, in populo quaerenda & simul explicanda est; ut ad Iudices referatur. Iurabat ille communiter & sollemniori ritu, ut Brissonius quoque notavit, **PER VITAM, PER SALUTEM, PER QUE CAPVT SVVM LIBERORVM QVE PER DEOS, PER GENIVM PRINCIPIS.** Videbo singulas, & quam demum Iudices vsi, arbitrabor. Per *Vitam* quidem certa & concepta verba erant, *Ita vitam.* Exemplum in

am statuam posituros.
 * Interrogabat autem Senatibus: hi vero iurabant, ad porticum Regiam, que est lapidea, se leges observaturos, nec munera sumpturos, aut auream statuam persoluturos.
 * Porro Ephorus scribit voluisse illum, si Olympiam quadrigam vicisset, auream statuam Deo positurum.

DE IVRE IVRANDO

Valerio Maximo lib. XI. cap. XIII.
 De Bruto : *Quid ? Brutus exiguum & infelix momentum vitæ quanto dedecore emit ! Nam à Furio , quem ad eum occidendum Antonius miserat , comprehensus , non solum cervicem gladio subtraxit ; verum etiam constantius eam præbere admonitus , ipsis his verbis juravit : ITA VIVAM , dabo .* ò fati cunctationem ærumnosam ! ò jurandi stolidam fidem ! Sollemne exemplum est , & lubet adjungere : Sed hos tu furores immoderata retinendi spiritus dulcedo subjicis , sanæ rationis modum expugnando ; quæ vitam diligere , mortem non timere præcepit . Acrius Seneca , qui eandem hanc historiam Philosophico supercilio recensens , etiam juramentum expressit , & momordit epistola LXXII . : *Hic enim est Brutus , qui cum periturus mortis moras peteret (sine offensâ aurium prolatum cupio) ad exonerandum ventrem secessit : & evocatus ad mortem , jussusque præbere cervicem , Præbebo , inquit , ITA VIVAM .* Quæ dementia est fugere , cum retrò ire non possis ? Præbebo inquit , *ITA VIVAM .* panè adiecit , vel
sub

*sub Antonio . ò hominem dignum , qui
vita dederetur ! Molle hoc tuum ni-
mis , & dictum , & factum , Brute .
Fratrem , imò te cogita . pro Repu-
blicâ , & cum Republicâ occumbis .
Vitam cum gloriâ atque Sapientiâ
egregiè actam hic finis non finit , sed
extendit & æternat*

Per titulos memoresque fastos .

Mitto Stoicæ Sapientiæ studia , imò
decreta . Nomen ipsum pro exem-
plo est , Brutus es . & hinc Constancia
in vniuersam Rempublicam effu-
sa . Vides illum Senatorem ? illum
Equitem ? illum de plebe ? Infontes
tecum , sed fortiter occumbunt , ju-
gulum præbent , ferrum attempe-
rant sibi ipsi . Publicum fatum , tuum
puta , Mori .

* Τὸ γὰρ θανεῖν ἐκ αἰσχρόν , ἀλλ' αἰσχρῶς θανεῖν . * Nã tur-
pe non est
emori ,
sed tur-
piter .
Rectè Seneca : *Mortem nec malum ef-
se , nec bonum . Cato illâ honestissimè
usus est , turpissimè Brutus . Omnis res ,
quod non habuit decus , virtute additâ ,
sumit . Paullò post : Mors honesta est ,
per illud quod honestum est . Sed ego
Vitæ formulam , Mortis hoc exem-
plo claudio : ad *Salutem* transeo . Per*

hanc frequens olim Iuramentum :
 Lege v. D. De Iurejurando : *Quòd
 si exegi ut per salutem tuam iurares , &
 iurasti , stabitur . Modi erant : Ita sim
 saluus , ne saluus sim , Di me perdant ;
 similesque , obuij in Scriptoribus &
 triti . Per Caput suum Liberosque
 formulam è Lege I I I . I V . & V .
 D. De Iurejurando , colligo , Vlpia-
 ni , atque Pauli verbis : *Iurari autem
 oportet , ut delatum est Iusjurandum .
 Ceterum , si ego detuli ut Per Deum iu-
 rares , tu PER CAPUT TVVM iu-
 rasti ; vel FILIORVM tuorum , non e-
 rit ratum habendum Iusjurandum . Scæ-
 uum illud apud Quintilianum lib.
 IX . cap. II . Frequens illud est , nec ma-
 gnoperè captandum , quod petitur à Iu-
 rejurando , ut pro exheredato , Ita mihi
 contingat herede Filio mori . Illa verò
 per Deos Immortales , forma nimis no-
 ta , quàm ut auctoritates proferam .
 Sancta & summa , imò antiqua , Per
 Iouem Lapidem : ideoque digna Scri-
 ptorum suffragio . Agellij , lib. I . cap.
 XXI . Iouem Lapidem , quod sanctissimum
 Iusjurandum est habitum , sum paratus
 iurare Appuleij , De Deo Socra-**

tis: Quid igitur? * Iurabo per Iouem La-
 pidem, Romano vetustissimo ritu? Exe-
 cratio quoque addi solita, quam Fe-
 stus explicat: Iouem Lapidem iuraturi
 silicem tenentes, his verbis utuntur: Si
 sciens fallo, tum me Diespiter, saluâ vr-
 be arceque, bonis eijciat, ut ego hanc
 lapidem. In Polybio, Liuiio, alijsque
 idem ritus expressus. Atque propriâ
 etiam superstitione concipi Iusjuran-
 dum fas erat, Lege III. D. De Iu-
 rejurando: D. Pius Iurejurando, quod
 propria superstitione juratum est, stan-
 dum rescripsit. Videntur Christiani at-
 que Hebræi intelligi. Denique, per
 Genium Principis jurari cœptum, op-
 pressâ Republicâ: atque adeò, post
 Iulij Cæsaris cædem, Senatus decre-
 uit, verbis vtar Dionis, * τὴν αἰτῆν τὴν
 χὴν ὀμνῶσαι. Huius formulæ Vlpianus
 meminit, Lege XIII. D. De Iure
 jurando, vbi de Pænâ periurij: Si-
 quis iurauerit in re pecuniariâ per Ge-
 nium Principis, dare se non oportere,
 & pejerauerit; vel dari sibi oportere,
 vel intra certum tempus iurauerit se so-
 luturum, nec soluit: Imperator noster
 cum Patre rescripsit, fustibus eum casti-

* Aut po-
 tius, Iu-
 rabo Iouem La-
 pidem Græ-
 cè, Αἰθῆ-
 λίθον. φ
 perperâ
 etiâ ex-
 pressum,
 διὰ λί-
 θου.

* Per ip-
 sium Geni-
 um iura-
 re.

DE IVREIVRANDO

gatum dimitti ; & ita ei superindici

**Temèrè
ne Iura.*

* Π Ρ Ο Π Ε Τ Ω Σ Μ Η Ο Μ Ν Τ Ε .

In Rescripto Alexandri hoc genus Iuramenti *Veneratio Principis* nominatur , Codice , De Rebus Creditis , & Iurejurando : *Iurisjurandi contempta religio satis Deum ultorem habet . Periculum autem corporis , vel Majestatis crimen , secundum constituta Parentum meorum , etsi per Principis venerationem quodam calore fuerit pejeratum , inferrè non placet . Christiani verò postea mutarunt , vt non per Genium , sed Salutem Principis juraretur . Vide Tertullianum in Apologetico cap. xxxii. Rescriptum Arcadij , & Honorij , Legge Siquis Maior , Codice De Transactionibus . Verba , quia in promptu , reddo : Eos etiam hujus Legis , vel jaeturâ dignos esse iubemus , vel munere , qui nomina nostra placitis inserentes , Salutem Principum Confirmationem imitarum iurauerint esse pactio- num . His igitur Formulis Populus passim in priuatis publicisque negotijs siue actionibus vsus : quid Iudices ? censeo iisdem . maximè verò illâ*

*Per Deos , Perque Genium siue Sa-
lutem*

lutem Principis. Nam profectò nihil ad Rempublicam magis pertinet, quàm vt suum cuique tribuatur, id est, rectè Iudicia ac sincerè exercentur: ad Iudicia nihil magis, quàm vt Iudex summo & augustissimo Sacramento teneatur. Quod verò augustissimum? quod *Per Deos* concipitur, *Perque Salutem Principis*. Per caput tuum iuras? nonnunquam & peiuras: Liberorum? etiam peiuras. Vindicem Deum times, Principem ultorem. Vterque ille est, *qui que nos gerimus*, vt Comici verba vsurpem, *auditque & videt*. Ad Locum nunc transeo, in quo præstari Iuramentum solet: nec promiscuè quemcumque fuisse arbitror; sed, quò major religionis reuerentia esset, certum aliquem & Sacratum. A R A M dico. quid ni? hîc numen ipsum præsens, hic terror, hic metus est; & à scelere mens improba sceleris conscientiam reuocatur. Religionem ipsam veterum inspice: Aras Deorum tangere, sanctissimum Iusjurandum fuit. Rationes etiam sunt; sed compendij causa totam rei con-

etruersiam luculentissimâ Symmachi
 auctoritate tollam . Ille quidem lib.
 x. Epistola LIV. sacram hanc sce-
 nam graphicè explicat ; Aramque
 ipsam , à Gratiano complanatam e-
 uersamque ornamentum Curiaë no-
 minat , & instaurari à Valentiniano ,
 Theodosio , & Arcadio postulat . Vi-
 deamus . *Vbi in leges vestras & verba*
jurabimus ? quâ Religione mens falsa
terrebitur , ne in testimonijs mentiatur ?
Omnia quidem Deo plena sunt , nec ul-
lus perfidis tutus est locus . Sed pluri-
mum valet ad metum delinquendi , et-
iam presentiâ Religionis urgeri . Illa
 A R A Concordiam tenet omnium : illa
 A R A Fidem conuenit singulorum . ne-
 que aliud magis auctoritatem facit sen-
 tentijs nostris , quàm quòd omnia I V-
 R A T V S O R D O decernit . An quid-
 quam potuit expressiùs ? Et tamen
 lubet nunc etiam (per vos liceat)
 curiosiùs inquirere , de *Situ* ipso , &
Conditione . In Comitio fuisse , ex
 Plauto arbitrarium , imò verò cer-
 tum . qui Comico , aut potiùs Sa-
 tyrico morfu perjurium iudiciale
 haut obscure carpens , Comitij facit
 men-

mentionem . Choragus enim in Curculione commonstraturus quo quisque homo facile inueniretur loco, inclamat :

Qui perjurum conuenire vult hominem, mitto in Comitium.

In Comitio scilicet Ara, & ad hanc iurare Iudices soliti, sed & pejere, ne labem fœdissimam nostro primum æuo natam indignere. Sanè fuit illo prisco. Idem Plautus indicium facit, in Rudente :

Iusjurandum rei seruandæ, non perdendæ conditum est.

Item seuerâ puncturâ Petronius : *Nemo celum putat, nemo Iusjurandum seruat, nemo Iouem pluris facit; sed omnes opertis oculis bona sua computant.*

De Comitio verò Comici verbis nunc etiam quis me roget :

Quid istuc? aut ubi istuc est terrarum loci?

Quid istuc sit, aut ubi istuc sit, nequeo noscere.

Quò me agis, & cogis? vt rudera illa reuoluam Dominæ Urbis? ossa recolligam magnæ Matris? Reddam tibi Comici voces :

DE IVRE IVRANDO

*Iubeas vnâ operâ me piscari in aëre,
Venari autem rete jaculo in medio mari.*

Quia tamen operam hanc sumpsi inquirendi, non refugiam. neque etiam ludam operam, si conari occipiam. Diruta quidem vetus illa Roma, & subruta; quæ tamen etiam nunc stat, æternumque stabit, non vnâ facie aut formâ. Stabit inquam, sed Litterarum Historiæque tibicinibus atque fulcris. Antiquitatis velut imagines, libri sunt; hi æterni, & illæ æternæ, quibus non mores tantùm, ritus, res gestas; sed vniuersam prisca æui faciem cognoscas, ipsam vrbis. Luce tamen opus & stricturis, in his structuris: ipso Phœbo nostro opus, I V S T O L I P S I O, qui lucem illam mittit & stricturas. O nos beatos exemplo & auxilio Viri! ter beatos, præsentia & humanitate! Incomparabilem namque Doctrinam tantâ Modestia temperat, vt neminem nisi propria verecundia à benignissimo illius conspectu, & consuetudine arcuerit. Amat omnes, sed bonos; iuuat omnes, sed quos amat. Ego ipse (gloriar

riari fas est) quantâ voluptate eundem adeo ! quo fructu audio ! Sed tuas ego laudes Vir Clarissime , Vir Optime , libentiùs alibi gentium , quàm hoc in loco pangam : non quòd honor tui præsentis & gloria fatietate apud me languescat ; sed quòd modestia illa tua desiderium dicendi coërceat : apud Exteros autem (eos consilio tuo cogito) veritas libera & irreprehensa futura sit . Ac certè , si vel paullulùm frenum hoc laxem , annon & aliorum quoque insignium virorum merita , tua PHILIPPE SVERI , tua P E T R E V E R M I , tua I A C O B E H A E F T I , explicanda sint ? Debet vobis Iurisprudencia , cuius cum Famâ Professores estis ; debet Schola hæc , in quâ cum fructu ; ego debeo , qui vestrâ inprimis operâ ad publicum hunc Honoris gradum promotus sum . Itaque , posito paullisper hoc onere , cœptum carpam sermonis mei iter , vetusque illud Comitium breuibus lineis describam . Latini *conuentum populi* , à simul itando : & locum

locum conuentus, Græci, ἀρχαιρείας
καὶ τὰ ἀρχαιρέσια vocant: Glossæ vete-
res ἀρχαιρέσια, scilicet ab eligendo Ma-
gistratu. Varro à coëundo, quòd
conuenire huc populus litium & Cu-
riatorum comitiorum causâ, soleat.
Ita quoque *Contiones* appellatas cen-
seo, quasi *Comitiones*, quam vocem di-
tioni T. litteræ Glossarium vetus sub-
iecit. Et per T. Lapidem Antiqui re-
præsentant. * Adde Tabulam æream
legis Seruiliæ, quæ in Muséo Bembi:
& legis Iudiciariæ apud Fulvium Vr-
sinum, in quâ etiam **C O N C T I O**.
Comitum igitur Locus, & teste A-
fconio, in Foro prope Curiam fuit:
Hoc ipsum è Cicerone colligas, qui
in Oratione pro Sestio, Forum, Co-
mitium, Curiam conjungit: *Cùm*
Forum, Comitium, Curiam, multâ de
nocte, armatis hominibus ac seruis ple-
risque occupassent, impetum faciunt in
Fabricium. Consentunt ij, qui de
Regionibus Urbis scripsêre: consen-
tiunt effigies & picturæ. vt quærere
nodum in scirpo videar, si longiori
inuestigatione sermonem extendam.
Ipsa *Conditio* inquirenda est, an po-
tius

tiùs proponenda ? Nam fuisse P
 TEAL LIBONIS, non dubijs con-
 iecturis adducor. Puteal inquam Li-
 bonis, cuius frequens apud Antiquos
 mentio, & in quo explicando varijs
 opinionibus Interpretes laborant. E-
 go nomen & cognomen breuiter li-
 bo, vt Aram ipsam ab vtroque dis-
 cas. Nomen à Puteo, in quo Accij
 Nauij nouacula cum cote defossa.
 Ita Cicero lib. 1. De Diuinatione:
*Cotem autem illam & Nouaculam defos-
 sam in Comitio, supraque impositum
 PUTEAL accepimus. Tarquinius e-
 nim Priscus, vt Liuianis verbis his-
 toriam hanc referam, equitem maxi-
 mè suis deesse viribus ratus, ad Ram-
 nenses, Tatienses, Lucenses, quas cen-
 turias Romulus scripserat, addere alias
 constituit, suoque insignes relinquere no-
 mine. id, quia inauguratò Romulus fe-
 cerat, negare Accius Nauius, inclytus
 eà tempestate Augur; neque mutari, ne-
 que nouum constitui, nisi aues dixissent,
 posse. Ex eo ira Regi mota: eludensque
 artem, vt ferunt, Agedum, inquit,
 Diuine tu, inaugura, fierine possit,
 quod nunc ego mente concipio. Cùm ille*
in Au-

in Augurio, rem expertus, profectò futuram dixisset, Atque hoc animo agitari, inquit, te novaculâ cotem discissurum. Cape hæc, & perage quod aves tuæ fieri posse portendant. Tum illum haut cunctanter discidisse cotem ferunt. Addit Liuius, quod ad rem nostram facit; Statua Accij capite velato, quo in loco res acta est, in Comitio in gradibus ipsis ad laenam curiæ fuit. Cotem quoque eodem loco sitam fuisse memorant, ut esset ad posteros miraculi ejus monumentum. In eodem argumento Appuleius corrigendus, De Dogmate Platonis: Accio Nauto manem velificet. Monstrum fermonis. rescribo: Accio Nauto cotem sicet, id est secet. Iam verò Cognomen accepit Libonis, à L. Scribonio Libone, qui Puteum illum exstruxit, imposuitque labrum. Ita Puteal à Pomponio definitur, Lege xlv. D. De Actionibus empti & venditi, quo Puteus operitur. Quid verbis vtor? Confer sodes cum Arâ Puteal: imago ipsa rem nomenque commune faciat. Exstat, notusque est nummus, cuius pars aduersa effigiem Libonis repræsentat, cum In-

fcriptione, BON EVENT LIBO.
 Auersa verò Aram ipsam, siue Pu-
 teal coronis citharisque exornatum,
 cum Inscriptione, PUTEAL SCRIBON.
 An quidquam potest luculentius?
 Alius etiam, in quo præter figuras,
 CONCORDIA expressa. Et alius,
 in quo BONVS EVENTVS. quia verò
 Symmachus Aram quam restitui postulat,
Concordiam tenere omnium disertè scribit: aut hanc ipsam
 PUTEAL fuisse LIBONIS certum est;
 aut ejus certè tandem euerfi locum
 occupasse, Iurijurando religiosè suscipiendo
 destinatum. Quæ enim illa *Concordia*, nisi
 Iudicium? quis *Bonus Euentus*? nisi Iudicij,
 ac Sententiarum? In mentem memoriamque
 verba Symmachi reuoca: an ipse potius
 reuoco? *Illæ ARÆ*, inquit, *CONCORDIAM*
tenet omnium: illæ ARÆ Fidem conuenit
singulorum. nequè aliud magis auctoritatem
facit SENTENTIIS nostris, quàm quòd omnia
IURATVS ORDO decernit. Sed & meæ
sententiæ auctoritatem àb ipso nunc
Situ faciam. Aram nostram in
 Comitio fuisse liqui-
 de

DE IVRE IVRANDO

dè ostendi : sed **PVTBAL LIBONIS** in Comitio . An pondus inest rationi ? Sine cavillatione, hoc ipsum **PVTBAL** hæc ipsa Ara . Argumenti causâ verba Ciceronis repetenda sunt , vt & **PVTBAL** fuisse in Comitio fateare . De Diuinatione : *Cotem autem illam & Nouaculam defossam in Comitio , supraque impositum PVTBAL accepimus .* Liuius locum ipsum expressiùs , *in gradibus ipsis ad Læuam Curiaë signauit .* Sextum Rufum adijcio , qui in Octauâ Regione , quæ Forum Romanum dicitur , inter Senaculum Aureum , & Comitium locat . Verba eius : *Senaculum Aureum , PVTBAL LIBONIS , Comitium .* Quod si tamen hæc omnia infirma aut dubia , fidem Glossæ Veteres adstruant , in quibus , *Ἱερός τόπος δεικεκλεισμένος , Puteale .* Iterùm , *Ἱεροῦ φραγμὸς , Puteale ,* De Arâ , aut certè sepimento quodam Aræ . Ac fanè nescio quomodo **PVTBVS** olim Iudicijs , Iustitiæque destinatus . Nam *Iudiciale Puteum* (vnde vnde Romani acceperint) in Pyræo ad mare fuisse in Atticis indicat Pausanias .

Sanias : Athenis , Aristoteles , libro
 I V. Politicorum , vbi de Iudicijs :

* Οἶον Ἀθήνησι λέγεται , καὶ τὸ ἐν φρεατοῖ δι-
 καστήριον . Etsi Harpocratio in Lexico
 suo , sic vocatam Curiam fuisse à
 Phraate , Heròe quodam censet , ei-
 usdemque opinionis extitisse etiam
 Theophrastum . Sanè Græcis φρέαρ

* Sicuti A-
 thenis di-
 citur, &
 Tribunal
 vocatum
 in Phre-
 atte.

φρέατος , Puteus : & φρεατιάος , Putealis ,
 siue Puteanus . ac sic quidem & meum
 Nomen , & scriptionis hujus argu-
 mentum conueniunt . Vt in Puteo
 quieta quidem aqua est , sed viua ta-
 men atque pura : sic in me Animus
 putus atque purus . imò sic in Iure-
 jurando Iudicioque esse debet ; aut
 Iustitia , nec non Respublica ipsa va-
 cillet . Puteum Iudex cogitet , & in-
 corruptus erit . Nemo aquam emit :
 ille malus , qui sententiam . Merces
 Iudicem venditorem facit . Ex vero
 in omni causâ pronunciandum est .

Sed In Puteo siue profundo abstru-
 sam latere Veritatem Democritus
 respondit . Quare vt optimam esse
 Aquam * Pindarus censuit : sic ego
 veritatem . Iudicem igitur veracem
 esse oportet ; imò sicum , sobrium ,

* Adde
 Plutar-
 chi de eo-
 dem ar-
 gumento
 libellum.

10172 BNC. B. 0896 (91)

DE IVRE IVRANDO

continentem, ut verax sit. Sic editum Horatij explico, epistolâ XIX. Ad Mæcenatem.

— Forum PUTEALQVB

LIBONIS

Mandabo Siccis.

Sicci enim homines Latine sobrij, & vno verbo, boni sunt. Idem Horatius lib. I. Ode XVIII. ad Bacchum inuitans:

Siccis omnia nam dura Deus proposuit.

Plautus Asinariâ:

Siccum, frugi, continentem, amantem uxoris maxime.

Talem & ipsum Aduocatum Antiqui voluerunt, Ita dico Aduocatum, qui, exemplo Iudicum, ad Putealcum Litigatoribus suis jurare solet: hi, nihil se dedisse; ille, nihil se accepisse. Atque hoc sensu idem Horatius capiendus, libro II. Sermorum, Satyra VI.

— *Ante secundam*

Roscius orabat, sibi adesses ad PUTEAL

cras.


Ostendi jurasse Antiquos Iudices, ostendi quâ Formulâ, & quo in loco.

Votum

Votum meum est, vt exemplum corruptissimi nostri mores admittant. Non ad PVTBAL, sed ad seipsum quemque duco, vt Iuret, vt Mentem bonam seruet; vt Iuris Iustitiæque pariter consultus sit. Faciam ipse, si ad Rempublicam quandoque accessero, ITA VIVAM, ITA FELIX MIHI ET FOECVNDATA LAVREA ISTA SIT.

F I N I S.

Venerabili in xpo patri
 Romano pontifici maximo
 Nonno P. V. T. A. L. E. S. S. I.
 que dicitur duo, et iure, et Men-
 tem bonam tenet: et iure iustis-
 que pariter constituitur. Faciam ip-
 se, si ad Republicam pervenerit
 scilicet, I T A V I V A M, I T A F I
 L I X M I N I E T F O R C Y N D A I A V
 N E A I S T A S I T.



F A I N I S

ERYCIPUTEANI

S E R T A

PHALEVCI A,

In Aceruum collecta.

ERUDITIONI

SEPTIMA

PHALANXIA

In Accurata collecta.



CLARISS. VV.

PETRO CANTONIO,

&

IACOBO VALERIO,

IURECONSULTIS

Mediol.




DEBEO Munuscu-
lum vobis, & mit-
to, Viri Clarissi-
mi, è Musæ ne-
scio, an potius
Themidis censu. Versiculi sunt,
atque adeò meri PHALEVCI:
& sic è Musæ. in laudem ferè
Iureconsultorum scripti: & sic
è Themidis. Sed vobis debeo,
& mitto, qui inter Iureconsul-
tos vr̄bis vestræ (sine fuco aut

ambitione dicam) meliori Lit-
terarum cultu eminentis , id est
Musæ & Themidi pariter lita-
tis . Vt hodie mores sunt , raro
exemplo fit : & plerique satis
habent posteriorem illam rudi
manu , rudi mente contrectare .
Sed Auaritia hanc infelicitatem
induxit , malo seculi ; & pul-
cherrimam artium instrumen-
tum fecit lucri . Mihi credite :
non vna Astrææ fuga est . Mit-
to rerum primordia . vbi Ro-
mana illa Fori facies , & Lin-
guæ ? contempta , violatâ , de-
leta : cuius restituendæ , quan-
tum senescentis æui morbus pa-
titur , vos desiderium torquet ,
cura stimulat ; vt saltem vesti-
gia priscae majestatis habeamus .
Sic igitur , & Antiquitatem ,
& Historiam lustratis , & quid-
quid

quid ad Ius antiquum ; atque
 Linguam facit . Lustratis ? imò
 illustratis Ingenij & Doctrinæ
 geminâ quadam face . Hoc agi-
 te , & noctem istam rerum at-
 que Litterarum vincite , vt , quis
 boni & æqui vultus , veris & a-
 mœnis lineis distinguamus . Pri-
 uatim vincitis : cur non & pu-
 blicè ? Prodite , & Lucubrati-
 nes jam congestas proferte , vbe-
 rem tot vigiliarum fructum .
 Fœcundum certè librorum secu-
 lum est ; sed non optimorum :
 commutandi sunt . Verbo di-
 cam : Glande vescimur ; & Tri-
 ptolemo opus qui frugem denuò
 subserat . Vos illi , disertorum
 Optimi , & optimorum disertif-
 fimi , quos non Ceres , sed A-
 stræa ipsa à primis annis , & no-
 ctu igni fouit , & interdium diui-

no lacte nutriuit, denique Fa-
mæ currum parauit, quem scan-
datis. Scandite, & hæc S E R T A
fumite, vobis, Famæ, Themi-
diq̄ue sacra. Scandite, & alato
remigio per omnes terræ plagas
Doctrinæ & Humanitatis exem-
plum ferte. Mediolani, x. Kal.
Quinct. ∞ . I C C . V I .

AD LECTOREM.


A *T* *I* *N'* *opportune?*
H *E* *N* *D* *E* *C* *A* *S* *Y* *L* *L* *A* *B* *O* *S* *meos*, *L* *e* *c* *t* *o* *r*,
quibus nuper delectabar,
congeſſi in Aceruum; &
ſimplici quadam amœnitate **S** *E* *R* *T* *A*
P *H* *A* *L* *E* *V* *C* *I* *A* *inſcripſi*. *Amori*,
& Honori ſacra ſunt. **S** *E* *R* *T* *I* *S* *co* *ro* *na* *ri* *H* *o* *n* *o* *r* *d* *e* *b* *u* *i* *t*. **P** *H* *A* *L* *E* *V* *C* *I* *S* *Amor* *contentus* *fuit*. *Tu* *qui*
utrumque hunc æſtimas, *hæc mea æſti* *ma*. *Exemplum Plinianum ſecutus ſum*;
ejuſq; nunc verbis, *ſive conſilium*, *ſive* *ſtultitiam meam excuſo*. *Lib. IV. Epist.*
XIV. *Tu* *fortaſſis* *Orationem*, *ut ſo* *les*, *& flagites & exſpectas*: *at* *ego*
ex aliquâ peregrinâ delicatâque mer *ce Luſus meos tibi prodo*. *Accipi* *es* *cum* *hac* *Epistolâ* **H** *E* *N* *D* *E* *C* *A* *S* *Y* *L* *L* *A* *B* *O* *S* *noſtros*, *quibus* *noſ* *in*
vehiculo, *in balineo*, *inter cœnam* *oblectamus* *otium* *temporis*. *hiſ* *jo* *ca* *m* *u* *r*, *lu* *d* *i* *m* *u* *s*, *a* *m* *a* *m* *u* *s*, *d* *o* *l* *e* *m* *u* *s*, *q* *u* *e* *r* *i* *m* *u* *r*, *i* *r* *a* *f* *c* *i* *m* *u* *r*: *deſcri* *b* *i* *m* *u* *s* *a* *l* *i* *q* *u* *i* *d* *m* *o* *d* *ò* *p* *r* *e* *f* *f* *i* *u* *s*, *m* *o* *d* *ò* *e* *l* *a* *t* *i* *u* *s*; *atque ipſâ* *varietate* *tenta* *mus*
UVA. BHSC. BU. 08960 (01)

mus efficere , vt alia alijs , quædam
fortasse omnibus placeant . *Amplius*
cum Plinio dicam : Sed quid ego plu-
ra ? non longiore præfatione vel ex-
cusare , vel commendare ineptias in-
eptissimum est . Vnum illud prædi-
cendum videtur , cogitare me has
nugas meas ita inscribere , H E N D E -
C A S Y L L A B I , qui titulus solâ me-
tri lege constringitur . Proinde , siue
Epigrammata , siue Idyllia , siue Ec-
logas , siue (vt multi) Poëmata ,
seu quid aliud vocare malueris , li-
cebit voces : ego tantùm H E N D E -
C A S Y L L A B O S præsto .

S E R T O R V M

Index.

- I. Ad Iustum Lipsium Apobaterion.
- II. Ad Astrææ Mystras, cum Ioannem Torrentium in numerum suum adscriberent.
- III. Ad Carolum Kerfmakerium, Theologi titulo donatum.
- IV. Ad Thomam Turrianum Cartusiæ Ticiensis Medicum.
- V. In Lucaë Pastrouichij Sacros Adfectus.
- VI. Ad Gabrielem Steydlinum I. C. honore donatum.
- VII. Animi Decretum.
- VIII. Ad Gualtherum van Oyen, inter Iureconsultos relatum.
- IX. In Iulij Casserij, De Vocis Auditusque Organis librum.
- X. De Viglio Omio, sub ipsum paterni funeris nuncium inter Iureconsultos adoptando, Belgarum & Astrææ Dialogismus.
- XI. In Arnaldi Cathij Epigrammatum librum, qui inscriptus LANGVO.
- XII. Ad Gerardum Sandlinum Iureconsultum.

XIII. In Augustini Gambarellij Oppositorum librum.

XIV. Ad Petrum Lothium, I.C. honore donatum.

XV. In Iustum Lipsium Pietas, breui Næniâ expressa.



ERYCIPUTEANI

S E R T A

P H A L E V C I A .

S E R T V M I .

AD IVSTVM LIPSIUM, V. C.

Apobaterion.



URBIS *delicium*, *Eruditionis*
Flos, *lumen* *columenq;*, IVSTE LIPSI;
Te suum *columen*, *suumq;* *lumen*,
Suum *delicium*, *suumq;* *florem*

Nunc *linguit* PUTEANVS; *interesse*

Quem *tu* *Castalidum* *choro* *Sororum*

Fecisti, & *melioris* *imbuiſti*

Suada *nectare*, *melle* *Litterarum*.

Is *nunc* *per* *Patrios* *abit* *Penates*,

Ad *Vrbis* *Domina* *Deos* *Penates*,

Ad *Vrbis* *veteres* *Remi* *ruinas*,

Et *ſparſos* *cineres*. *Deo* *trahente*;

Te *monente* *abit*, *atque* *te* *maerente*.

Magnis

S E R T A

Magnis quod meritis luam hostimentum ?
 Velim delicias lapillulorum ,
 Velim diuitias , Mydæq; vota :
 At major tuus ille amœnioris
 Census est animi omnibus lapillis ,
 Major diuitijs , Mydæq; votis .
 Mercedem dabo quam recepit ille
 Septem de numero THALBS Sophorum ,
 Non bulgâ , ast animo ; nec aere , at ore :
 Meæ LIPSIVS Eruditionis ,
 Si quidquam tamen Eruditionis ;
 Mei LIPSIVS auctor est Honoris ,
 Si quidquam tamen est , eritûe Honoris .
 Magnis hoc meritis luam hostimentum ,
 Orbis delictum , Eruditionis
 Flos , lumen , columenq; IVSTE LIPSI.

S E R T V M I I.

A D A S T R A E A E M Y S T A S.

Cùm IO. TORRENTIVM in nume-
 rum suum adscriberent.

MAGNI Iustitiæ Arbitri seueræ ,
 Sacrorum Themidos reconditorum

Mystæ purpurei , pÿ Ministri :

CONSULTI titulum virensq; SERTVM

IURIS si meritò dedistis unquam,
 Aut estis reliquis daturi in annis
 (Quod nulli immeritò dedistis unquam,
 Nec estis reliquis daturi in annis ;)
 Hoc unum meritissimò dedistis
 Cunctarum Genio Elegantiarum .
 SERTVM : quod pariter nouem Sororum ,
 Et constans Themidos labor disertæ
 Nexit delictum suo Clienti ,
 Suam qui Themidem colit disertus ;
 Et eius comites ama Camœnas ,
 Quemq; ipsa comites amant Camœnæ .
 Illa illum vocitant suum smaragdum :
 Illa illum , veterum venustiore
 Vt ritu modò sumeret Corollam ,
 Fecerunt madidum scaturientis ,
 Et bellè madidum Lepore Nymphæ ,
 E TORRENTIBVS Eruditionum .
 Fecerunt madidum è Patentiore
 Ciuilis pelago , Sacrique Iuris ;
 Vndâ quò celeri cadunt euntq;
 TORRENTES reliqui Eruditionum .

S E R T V M I I I .

AD CAROLVM KERSMAKERIVM,
Theologi titulo donatum.

PANGUNT fors alij tuos honores,
Virum CAROLE flos Sacrationum;
Pingunt fors alij tui Triumphi
Et dij studij perenne LUMEN:
Caussas & titulos ego Triumphi,
VIRTUTEM insimul ERVDITIONEM
Pingo, & pango; sed inficetus arte.
Nec me rore nouo nouem Sorores
Sic sparsere suo elocutionum;
Vt par carmine doctiore Factis
Sim tuis, Studijsq;. Nec necesse est.
Hæc jam nota probè, aut futura cunctis;
Nec perire potest, potest latere
Virtus. at tua nec potest latere.
A se lumen habet suum, haut rogatum.
Ergo me poterit tacente mutus
Hic manere Triumphus? haut manebit.
Ipse perpetuum tibi Camæna,
Et iunctus Charitum chorus venustum
Alternis modulis dabit susurrum:
Lucet, lucet hic ille Sol virorum
VIRTUTE insimul ERVDITIONE.

S E R T V M I I I I .

AD THOMAM TURRIANVM
Cartusiae Ticinensis Medicum.

Sancta Cartusij Medulla cætus,
 Sancta Cartusij Medela cætus,
 Amore & simul Arte TURRIANE;
 Quid pro laudibus Eruditionis,
 Virtutisq; tibi daturus? an
 Laudes? at fugis ipse quas dedisti:
 Nec Echo sum ego, qui loquace voces
 Reddam aurâ. tamen est proba referre
 Mentis quod debet; est tumentis, ultra
 Laudes sumere, nec referre grates.
 Sumpsi; quid referam? Bonus piusq;
 Votum concipiam bonum piusq;
 Ut longos tibi Iuppiter det annos,
 Et per te quoque reliquis det annos,
 Queis tu subsidium parabis Arte,
 Sancta Cartusij Medela cætus,
 Sancta Cartusij Medulla cætus.

S E R T V M V.

IN L V C A E P A S T R O V I C H I
Sacros Adfectus.

M V S A hîc , an Pietas ? & illa & ista.
A D F E C T V S Gemini Sacratiora
Mella sentio ; purioris oris
Nectar . Nil Zephyri , nihil Fauont
Miror aut moror oscitantis auram :
P A S T R O V I C H I V S & mihi Fauont ;
Et vocem Zephyri , vicemq; spirat.
P A S T R O V I C H I V S ille , quem beaurunt
Et Musa & Pietas : Vir ille , purus
Ore & pectore , qui Eruditiores
A D F E C T V Geminis , & Sacratiores
Ferraram dabit Aetherisq; tractus .

S E R T V M V I.

A D G A B R I E L E M S T E Y D L I N V M
I. C. honore auctum .

Q V I S , S T E Y D L I N E calor colorûe totum
Te : hîc laudantis , at ille amantis , ornet ?
Qua tam bella tabella ? quis libellus ?
Haut unquam faciam meis libellis ,

Haut unquam faciam meis labellis .
 Nam quæ singula singulis adesse
 Digna laude solent , tibi omnia uni .
 Nonnulla hac ego censeo tabellâ
 Et recenseo ; qui faues hauesq̃ ,
 Mittas in digitos licet . Relucet ,
 Ignes Luna velut minutiores
 Inter , Relligio vetustiore
 Cultu , non simulata , non decora fucō .
 Hanc agmen sequitur Scientiarum .
 Poësin referam ? Hic Poëta natus
 Aptus . Eloquium ? haut minùs disertus
 Cordatam an Sapienciam ? hanc scienter ,
 Et ex mente Sophûm , fideq̃ auitâ
 Tractat , ad melioris hujus usum
 Vitæ . Pluria , nec minora quadam :
 Ad summum Ingenium , graues labores ;
 Mores ingenij , pij , vetusti ;
 Eluceas probitas , pudorq̃ priscus ;
 Iuris cognitio boni Vetusta ,
 Et fasces Themidos bonæ vetusti .
 Quo vado ? satis hæc recensuisse ,
 E multis aliqua : integer sit annus ,
 Si lustrem reliqua , integrumq̃ lustrum .
 Nam dores animi tui corusca
 Sunt STEYDLINE , nitentis orbis astra ,
 Sub ipsis oculis noua hinc & inde
 Quæ surgunt , Oculo cadente mundi .

S E R T V M V I I .

A N I M I D E C R E T V M .

HAUT vllâ moueor fauoris aurâ ,
 Virtutem solidum ratus putari
 Virtuti pretium : paratus ultrò
 Libens temnere , quidquid vndequaue
 Offertur . Benè , cùm sat est mereri ,
 Non ambitur : at optimè omnium hoc fit :
 Nolle sumere , cùm sat est mereri .

S E R T V M V I I I .

A D G V A L T H E R V M V A N O Y E N ,
 inter Iureconsultos relatam .

QUAE vox ? qui moduli suauioris
 Auræ se insinuant , Virosq; ducunt
 Grandæuos , cilij seuerioris ?
 Num sanctæ venerabilis Senatus
 Astrææ venit , Arbitrique Iuris ?
 Sed pulcher iuuenum quis ille , qui illos
 Procerus proceres præit Catones ,
 Ipse plus Cato ; moribus vetustis ,
 Vultu sidereo , igneis ocellis ?
 Mem , meus Pylades , meusq; ocellus ,

Cui nunc Iustitiæ choro severæ
 Interesse datum, datum præesse.
 O meus Pylades, meusque ocelle,
 Qui flos atque decus iuventiorum es;
 Sit felix tibi faustus & perennis
 CONSULTI titulusque honorque IURIS,
 Quem toro tibi fertili pudico,
 Ex Virtute sagax calor decorâ
 Ingeni genuit: sit illiusque
 Felix atque perennis, alma soror
 Eruditio, nunc sodalitate
 Hac novâ magis, & sedulitate
 Puræ mentis & Ingeni colenda.
 Quid auro gravis aula, & otiosa,
 Humo pressa tenacis Euclionis?
 Humus: sic labor & seuerioris
 Musa census in arce & æde sensus.
 Depromis? valeat: recondis? obsit.
 Tu prome, & Patriam iuva; bonamque
 Reduc Iustitiam Pater, patronus.
 Diâ sic Labor iste Honoris aurâ
 Aeternus medijs nitebit aëstris,
 Phæbo clarior & sorore Phæbi,
 Cui nec invidia coacta nubes,
 Summæ nec tenebræ dabunt tenebras.

S E R T V M I X.

I N I V L I C A S S E R I

De Vocis Auditusque organis
Librum.

CA S S E R I *Medicâ potens in arte,*
CA S S E R I *Melicâ potens in arte,*
Quantum utraque fuit potens in arte
Ipsè quem Medici suum parentem,
Et suum Melici vocant parentem:
IN **A**V R E S tibi dico, in **O**S Q V E dico,
Palàm, ipso in meditullio Lycai,
Palàm ipso in meditullio Theatri:
Vnus tu pater **O**R I S **A**V R I V M Q V E
Per **A**V R E S volitas, & **O**R A vulgi.
Namque tu simul O R I S A V R I V M Q V E
Clusos hæctenus & tenebricosos
Anfractus referas; sacrumque limen
Honoris referas tibi, tuisque.
Sic **A**V D I R E juvat, juvatque **F**A R I
Quàm sumptu, studio, eruditione
Et tibi benè consulas, tuisque:
Quàm sumptu, studio, eruditione
Et seculo bene consulas, tibi que,
CA S S E R I *Medicâ potens in arte,*
CA S S E R I *Melicâ potens in arte.*

SERTVM X.

DE VIGLIO OMIO,

Sub ipsum paterni funeris nuncium
inter Iureconsultos adoptando,

BELGARVM ET ASTRÆÆ

Dialogismus.

BEL. **L**VDO fallimur? an novo tropæo
Terras Fata beant: & astra linquens
Alma ASTRÆA reuertit? Impetratum est.
Dina, quæ pietas meare cælo,
Et postliminiò coëgit orbem
Orbem visere? Num fugit locorum
Quò pedem referas? an & Beatos
Ipsos improbitas secuta, felle
Mella miscuit, aut acore nectâr?

AST. BELGÆ parcite: nec decet, grauare
Numen crimine, numinisq; nomen.
Vos me, vestra ciet Litatione
Præcepta Belgica; cui minantur astra
Heu! latam miseramq; vastitatem.

BEL. Clades an veteres nouæ reuoluunt
Ira? Quò trahimur? nihil supremum?

AST. Primo publicitûs perire facio,

Primo tabificabilique fato .

BEL. *Auleum Tragicum ! licetne puras
Audire , ò Dea , simplicesq; voces ?*

AST. *Spes CORNELIUS OMIVS , salusq;
Labantis Patriæ , unicumq; fulcrum ,
Cato Belgicus iuit ad Beatos .*

BEL. *Omnes iuimus . AST.* *imò spes salusq;
Nova est : tristitia & metus facessant :
Et nouum Patriæ unicumque fulcrum ,
Patris VIGLIUS Eruditionis
Virtutisque sui emulusq; & heres .*

*Hunc meum mihi nunc creare Mystam
Veni ; Iustitiæ cui stateram ,*

Fulgentem dabo calitis stateram :

*Quâ priuis queat esse publicisq;
Rebus præsidium , atque iura prisca
Instaurare , patrumq; sanctiones .*

BEL. *Sic truces superùm placamus iras .*

*Vinat VIGLIUS , integrumq; seræ
Sospes curriculum terat senectæ .*

Sarta Iustitiæ Sacra ut perennent ,

Vinat VIGLIUS , annet & perennet .

SERTVM XI.

IN ARNALDI CATHI

Epigrammatum librum, qui
inscriptus

LANVGO.

QVI faces foculosq̄ amas Amoris;
 Et dulcis Veneris videre risus,
 Adesto: heic Amor urit, & decora
 Ridet purpureis Venus labellis.
 Aetas grandior ausit increpare?
 Nil frontem moror aridis striatam
 Sulcis; nil capitis niues, nihilq̄
 Barbæ canitiem: quit esse castus
 In LANVGINE Amor, Venusque casta.

SERTVM XII.

AD GERARDVM SANDLINVM
Iureconsultum.

SERVVM dum paro seriumque carmen,
 Quo te ferre virum per ora possim,
 Sed præfiscinè, quo Monere cæpi;

Et posco ambrosium diu fauorem,
 Quarum Sacra colo nouem Sororum;
 Tandem vix etiam fauent rogatae,
 Quae vel antea mox solent rogatae.
 Auunt: Cui hominum parantur istis
 Nunc LAVS & MONITVM simul Phaleucis?
 Nempe illi, duplici Themis coronam
 Quem cinxit Prolytam, nouam coronam;
 Qui nostri, & Charitum chori coronam est?
 Absiste; & MONITVM aufer atq; LAUDEM.
 Vanam qui superat fugitque laudem,
 Veram possidet: ipsa se monere
 Virtus, & Bona Mens potest: sed ille
 Hanc nostro auspicio & fauente ductus
 Est secutus utramque & adsecutus.
 Responsi hoc habui, & simul quicui.

S E R T V M X I I I .

IN AVGVSTINI GAMBARELLI
 Oppositorum Librum.

MAGNUM quod video & laboriosum
 Doctae mentis opus manusque doctae?
 Sunt haec OPPOSITA illa, GAMBARELLI,
 Priscæ lumina scriptionis, omne
 Quaeis lustras Latium, ruisque pulsas

Omnem Barbariem procul tenebris .
 Astra hæc lumina , quæ sereniore
 Vicissim radio reflexa fulgent .
 Sed isto radio vetus facundis
 Ardor ingenijs nouatur : isto
 Pugnantis sociant sui Theatri
 PLAVTVS delicias , TERENCEIVS QVE;
 Pugnantis sociant Fori seueri
 MARCVS diuitias , & ipse CAESAR ,
 Priscæ delicias Latinitatis ,
 Priscæ diuitias Latinitatis .
 Fallor ? Signa mouent Fori , & Theatri ;
 Fictoque ancipitis stili duello
 Priscam restituunt Latinitatem .
 Sed tuo auspicio , tuoque docto
 Ductu signa mouent ; tuoque docto
 Ductu signa iugant ; cui superstes
 Cernit ordo Remi nouum perennem
 Seruata titulum Latinitatis .

S E R T V M X I V .

A D P E T R V M L O T H I V N
I. C. honore donatum.

NON, LOTHI, meus ille mos, superbi
 Qui vulgi est, malesanus & superbus:
 Ipsum namque hominem, virumque laudo;
 Non umbras hominis. Iuvat referre,
 Qui passim resonant tibi susurri;
 Sed carptim. Generosus es? Parentum
 Hæc laus. Diutius GRAVIS potensque?
 Perire hæc faciles, fugacis instar
 Aure. An ore venustiore? Viue,
 Non eris. Celer? ibis in senectam.
 Non inquam numero hæc; magis sed ista:
 Quod suum Themis alma te benigni
 Aurâ numinis imbuit, beavit:
 Themis Casareâ manu regesta,
 Themis Romuleâ infulâ, verenda.
 Hoc tuum est proprium, bonumque firmum;
 Et pro quo meritum hunc habeto honorem,
 Quem Decora Themis refert honorem.

SERTVM XV.

IN IVSTVM LIPSIVM

PIETAS,

Breui Næniâ expressa .

LÆTAM, Musa, Lyram doloris vdo
 Conde murmure : Tibiamque prome
 Aptam lugubribus Sacris, modisque .
 Læse nunc PIETAS obire mentis
 Mæstâ Voce, Stiloque . nam sūctas
 Odit delicias Loquela ; amatas
 Odit delicias Tabella, & agris
 Vrgetur lacrimis . nec est Tabella
 Bella hæc, aut lepida : at Feraliorum
 Atrâ imagine vulnus, atque funus
 Refert, heu ! miserum atque luctuosum .
 IVSTVS LIPSIVS occidit, virorum
 Ille Maximus Optimusque ; Musæ,
 Et Suadæ, & Sophiæ decus vetustæ ;
 Ille MORIBVS inclytus VETVSTIS :
 Orbum lumine qui reliquit orbem,
 Orbum numine qui reliquit orbem .
 Lumen nam fuit ille Litterarum,
 Numen & fuit ille Litterarum :
 Ipse, Musa, Minerva, Suada, Apollo :

Sed

SERTA PHALEVCIA.

*Sed THALESQUE meus, Paterque sancto
Doctrinae melioris instituto.*

Duram heu precipitis necessitatem

Fati! quae violenter aeterni

Carpit exuias Viri Deique,

Carpit exuias mei THALETIS.

Quis desiderio pudor modusue

Tam cari capitis, Viri Deique?

Tam cari capitis, mei THALETIS?

Largo proluitur dolore pectus,

Largo proluitur dolore cera;

Et sulcos tremuli stili frequentes

Pressi stillae animi replent, PIVMQUE

Laborem violant. Quid ergo? cesso:

Nec totum Tabula hauriet dolorem.

Vos mecum querulam mei Sodales

Vocem fundite, quotquot estis, omnes:

IUSTVS LIPSIVS occidit, virorum

Illè Maximus Optimusque, Musæ,

Et Suadae, & Sophiæ decus vetustæ.

F I N I S.

1606. die 26. Iunij.

Imprimatur.

Fr. Aloysius Bariola Augustinianus, Con-
sultor Sancti Offitij, pro Reuerendissimo
Inquisitore.

Aloysius Bossius Canonicus Ordinarius
Theologus, pro Illustrissimo Car-
dinali Archiepiscopo.

Vidit Saccus, pro Excellentissimo
Senatu.

1606. die 26. Junij.
Imprimatur.
Fr. Aloyus Barthelemy Augustinianus, Con-
fessor Sancti Officii, pro Reverendissimo
Inquisitore.

Aloysius Bellus, Canonicus Ordinis
Theologus, pro Illustrissimo Car-
dinali Archiepiscopo.

Vidit Sacrus, pro Excellentissimo
Senatu.



PERMISTOS DIVIS HEROAS

ET
CHIRON
ET
GENVS



CAROLO EMANVELI

ALLOBROGVMDVCI,

SVBALPINORVM PRINCIPI,

SERENISSIMO, POTENTISSIMO,

AVGVSTISSIMO,

OPT. MAX.

CHRISTIANAE REIP. ACERRIMO

PROPVGNATORI.

IN PACE, RELIGIOSISSIMO:

IN BELLO, GLORIOSISSIMO

TRIVMPHATORI.

GESTIS: GENERE: DIVINA PROLE:

SINGVLARI SPLENDORE,

ET MVNIFICENTIA,

IMMORTALI.

ORBIS IPSIVS ARBITRO.

POLYDORVS RIPA MEDIOLANENSIS I. C.

AETERNAE OBSERVANTIAE

AETERNVM MONIMENTVM.

CAROLO EMANUELE

ALFONSO DE BRONZONI

DE BRONZONI PRINCIPIS

SERENISSIMO, POTENTISSIMO,

AVGVSTISSIMO,

OPTIMO,

CHRISTIANAE REIPUBLICAE

PROVINCIAE

IN PACE, FELICITATIS

ET BELLO, GLORIOSISSIMO

TRIUMPHATORI,

GENITIS: GENERE: DIVINA PROLE:

GENITIVIS: GENITIVIS: GENITIVIS:

ET MYNIFICENTIA,

IMMORTALI,

ORBITA: ORBITA: ORBITA:

POLYBORNS REIPUBLICAE

LETTERNAE ORBITA: ORBITA:

LETTERNAE ORBITA: ORBITA:



VERAE, SOLIDAE Q.
SERENISS. SABAVDIÆ DVCVM
GLORIAE,
ADVMBRATIO.



*Visquis latinam seu fidicen lyram
Tangis: sonoros Pindaricæ chelys
Et siue nervos experiris
Pectine, vel leuiore plectro.*

*Quisquis vel ipsi carmina Cynthio
Felix Olympo de medio rapis,
Illum ore despumans: Age adsis,
Et chely iunge, lyræq; carmen.*





Inuicta, fortes, Armacane, & Viro,
Qui Regio primi Oceanum Arcticum
Sceptro coronauere: Digna
Principe Saxonico Tiara.

Assume Othones, atq; alios refer,
Immensa Ponti qui vada Saxonum
Quodammodo indignati, & ipsa
Saxonica sola vasta Terræ:

Tandem supremo cum Ioue Cæsares
Diuisa habentes munia, Dij maris,
Terræq; facti, vno atq; fines
Imperij cohibente Cælo





*Leges dederunt Orbi. Age, dic quoq;
Quorum Orbis ipse totus, & illius
Amplissimum quamquam theatrum
Haud potuit satiare vota.*

*Ergoq; terras æthereo solo
Iunxere terreni Imperij Auspices,
CHRISTI cohæredesq; tandem
Imperium imperio addidere.*

*Inde ex sepulchris appropierant adhuc
Fragrans amomum, balsama olentia,
Grates catenatae, citæq;
Munera iam citiora votis.*





Attinge iuxta qui Cacodæmonis
Expullulantes acriter hæreses
Exterminarunt, contuderunt,
Viribus omnibus enecarunt.

Pulchrum putantes malle mori, sacra
Quàm fluctuassent dogmata; Sic pios,
Sic Principes tantos decebat
Religio sociata sceptris.

Hinc tuta Sanctæ Sedis Apostolicæ
Aeterna propugnacula, sæculis
Devotio hinc constans, fidesq̃,
Obsequia intemerata cunctis.





Hinc cura solers, & studium vigil
Longos in annos, deniq; scisso
Vt Græca se ipsam agram Latinae
Sisteret incolumem vnitati.

Singas repressus, Assyriaeq; aquae
Omnes; Pedesq;, & mœnia sæpius
Obsessa, captivæ ad salutem
Et Solymæ, & Libani dolentis.

Hinc sacra sacris miro opere, areq;
Et restituta, & condita maximo
Christi Ministris: mille & agri, &
Templa, domus, reditus, supellex.





Atq; Ordo Equestris Virgineæ sacer
Fœcunditati, tunc ab Amedeo

Cum FORTITUDO EIVS Scythiam
Inde RHODVM TENVIT refracto.

Hinc Nobiles, ac Patricij Viri
Amplø affluentes totius ex sinu
Orbis, fide, dextra inter omnes,
Sanguine, Relligione clari:

Pectus decori Viuifica Cruce,
Sacras coronant Militias; Genus
Sub LAZARO, MAVRITIOQ;
Insuperabile bello, & arte.





Hinc summo Olympo Iuppiter optimus,
Diuq; Diuæq; accelerant, manuum
Plenam explicant, impertientes
Mira charismata, gratias

Amplas Sabaudis Principibus. Furens
Enfrangitur, vel forte retunditur
Dextra potenti, saniore
Consilioq; inimicus ensis.

Fatale namq; est Allobrogi Duci
Accensa tandem prælia vincere,
Vel Marte sedato, arma nusquam
Victa recondere pace parata.





Et regna norunt iam sua, Regias
Nascentis undas Erydani abluunt,
Lymphas Caballinas perosæ,
Ut suaq; in specula intuentur

Dulces Camænæ: Gorgoneum Iugum
Et negligentes, iam Vesuli sedent
Umbris opacis; TAVRVS inde
Pegaseum eripuit decorem.

AVGVSTA profer connubia, AVSTRIAS
Tedas, frequentes & thalamos croco
Picta aureo, intacto, & micanti,
Regia LILIA suaue olentes.





Dic & faces, quas Durius, aut Anas,
Insubre flumen, Pontus Hybernicus,
Et Cypria Vnda accendit, vnde
Chaonius superatus amnis.

Dic Celticos, dic Armoricos toros,
Dic Belgicos, dic quæ exoriens plaga,
Quæ Sol cadens, & quæ Triones
Coniugia obstupere, & Austri.

Dic queis nec Auspex unquam Hymenæus, &
Iuno nec unquam Pronuba viderit
Illustriores nuptias, aut
Flammea faustiùs auspiciatâ.





*Molire verò & dulce Iouis genus :
Efferuet intus si quid Apollinis :
Molire crescentes nepotes ,
Progenie , Imperioq; dignos ;*

*Molire tandem . Quin potius chelym
Suspende , carmen siste , lyram amoue ,
Nervos remitte omnes , relaxa
Viscera tensa chelys , lyraeq; .*

*Intende verò prorsus & aspice
Mores serenos , oraq; regia ,
Gressus venustos , & perita
Verba , sale , atq; lepore plena .*





Augusta ut est utriq; simillima
Proles Parenti, ipsissima CAROLI
EMANVELIS, CATHARINAEQ;
AVSTRIACAE ora, animiq; imago.

Mirare firmum consilium in varia
Aetate, metas ingenij graues,
Clementiam magnam inter annos
Præcipites nimias in iras.

Victorias, & sceptrâ, trophæaq;
Grandes Tiaras, & Diademata
Expressa, iam & picta obstupesce
Imperia in teneris ocellis.





Ostro refulgens crescit ad Urbis, &
Orbis leuamen; crescit & ad Vicem
M AVRITIVS, quæ verbo Olympum
Obserat, & reserat potenti.

Romana verò V ICTOR AMEDEVS
Ad Regna crescit, contrahat ut vagas,
Orbis hæc laxet tandem habenas
V ICTOR AMEDEVS IMPERATOR.

V ICTOR mei cui Maximus Arbiter:
Cui nostra viuunt Carmina; quo Duce,
Atq; Ausspice, & nostræ Camænæ
Spe bona, & indubia eriguntur.





*VICTOR priorum Gloria Principum,
Heroes omnes sic supereminens,
Ac inter hyssopum cupressi
Vertice se super astra tollunt.*

*Virtute Avita pergit EMANUEL
Et FILIBERTVS, de Syrijs plagis
Olim triumphaturus, & de
Ipso etiam ex oriente Sole.*

*THOMAS at Orbem consilio potens
Novum excitabit: sceptrum sibi nova
Dextra feroci comparabit,
Obuius acer, & Ensi, & Igni.*





Sic PASTOR vnus, sic & OVILE erit
vnum; SABAVDOS cogere PRINCIPES:
MAVRITIVM fratrem videbis
Pascere, PONTIFICEM SVPREMVV.

Vides, vt altis desiliunt iugis
Montana, Panes, Numina: Fluminum
Cursum incitant vt Dy, suisq;
Principibus meritos honores,

Dignos triumphos sollicitant. Padus
Et gloriosus, vtraq; Duria,
Et Sturia argento, & Tanagrus
Ditior auriferis arenis.





*Varusq; Morgusq; & Vaga Sessites;
Cinesius; Quid? ipse Araris piger
Non iam amplius serpit, sed amplo
Præcipitat Rhodano irruente.*

*Currit morarum nescius Isara,
Durentiusq;. Et Cottia Numina,
Pæniq; Regalesq; Grayq;
Accelerant Iouis ab Columna*

*Dij: mox adorant, atq; suos Ioues
Reges Sabaudos proficua prece,
Votisq; perfectis stupent, &
Ecstase perpetua immorantur.*





*Miratur orbis quæ audiit, & sibi
Vix credit ipsi, num vigil, aut cubans
Insomniet quæcumq; cernit,
Mira profectò, nimisq; magna.*

*Ipsè & profundis sensibus opprimor,
Nil tale natum profiteor, nihil
Nec tale nunquam nasciturum
Non animus temerè auguratur.*

